Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Dico aũ uobis: non bibam am̃ de hoc genimine uitis usq; in diẽ illum cũ illud bibam uobiscũ nouũ in regno patris mei. Et ymno dicto: exierunt in montẽ oliueti. Tunc dixit illis ihs. Omnes uos scandalu patiemini in me in hac nocte. Scriptum ẽ enim. Percutiã pastorẽ: & dispgentur oues gregis. Postquam aũ resurrexero: p̃cedam uos in galylea. Respondens aũ petrus: ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nũquã scandalizabor. Ait illi ihs. Amẽ dico tibi: quia in hac nocte ante quam gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecũ: non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. Tunc ueniit ihs cũ illis in uilla que dicitur gethsemani: et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec uadam illuc & orẽ. Et assumpto petro & duobus filiis zebedei: cepit contristari & mestus ẽ. Tunc ait illis ihs. Tristis ẽ anima mea usq; ad mortẽ. Sustinete hic: & uigilate me